

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput V

urn:nbn:de:bsz:31-97032

Fortuitum globum putavit Solem Epicurus, & ignem sed *ἄκρον πύκνωμα*: ferrum candens Anaximander: DEVM, Peruviani. Aurelianus olim princeps: *Dii faciant, & DEVS creatus Sol*: in Vopisco. Certè in Oriente sub Myrra cultum nomine testatur Porphyrius in *Commentario de Nymph cultu*: & omnes Deos Gentium ad Solem extendi, ostendit Macrobius libro 1. *Saturnalium capite decimo septimo*. Post hunc Polyhistor ille Cluverius in *Germania antiqua*. Quin omnium maximum eum numen (quem & *μέγρον ἑσπερῆ θεόν* nuncupabant Phœnicum theologi) æstimabant: planetis cum cæteris nutum quasi observantibus. Ægyptiis priscais dodecatemoria signiferi θεὸς βυλαῖος, planetæ *αὐβὺς φῶρος* censebantur. Scholiastes ad Apollonii Rhodii *Argonauticon* IV. Tanta scilicet animis gentium ejus in sedit reverentia. Planeta nobis princeps, & luminare magnum. Major enim terrâ centies sexagies septies, ab eademque dum in apogæo est, decies centies mille, duodecies mille octingentis sexaginta octo distat milliariis. *Keckerm. in Astronom.* Vnus est, & ubi pluribus in tanta magnitudine locus? Plures tamen etiam. Vnus de quo agimus, typi cæteri & pulchræ hujus effigies, parelia vocant Physici. Præfagium eis semper adjunctum, observatione compertum frequenti. Anno 1514. visi tres, singulis cruentus inerat gladius. Infecuta reformatio. Totidem Tiguri anno 1528. incredibile exceptit fames. Anno 1532. Venetiis cum duabus Iridibus soli oppositis, quarum prima cito desit, per bihorium constituisse visa est altera. *Cardan. l. 14. de variet. rerum, cap. 70.* Soles ipsi pellucidi, major ad Austrum,

C
Astrum, boream minor
ane bellum Ludovic
prelia, Electorum
ret. Pœner, in Mete
subsecutus ferali c
quia eadem initia,
præfagium.

A R

De So

L
Icem Soli TV
tione inditam
mam nos videm
dus enim Solis i
loca australia dep
unusquisque justic
cus nulla unquam
aliqua sui parte: P
lis multoties inter
septendecim non
duodecim quatuor
quam visus, ut n
log. 1. Sed hæc
clipsis, quando r
tam à nobis averte
clipsos Lunæ præd
ciliavit Columbus.
tere, Lunam Solis a
der Aphrodisi præ
putavere, ac propo
Archelaus adeo fu
fuit, regiam laude
bus adventis mortis.
Fit verò Solis Eccli
non vera, sed appa
nostri sunt in una e
tione partium in n

olem Epicurus, & ignem
 um cadens Anaximander
 rellianus olim princeps
 Sol: in Vapfio. Cetero
 nomine telluris Porphyri
 culta: & omnes Deo
 endit Macrobius libro
 no. Post hunc Polybius
 ntiqua. Quin omnium
 & pavor egere
 animabant: pla
 observantibus. Egypti
 it Jea Beduini, pla
 Scholiaſtes ad Apollonii
 ta ſcilicet animis gene
 anera nobis princeps, &
 terra centies ſexages
 agoz eſt. decies centies
 is ſexagesima octo diſta
 om. Vnus eſt, & ubi pla
 eri: Plares tamen eorum
 & pulchra huius eſt
 prælagum eis ſemper ab
 pertum frequenter. Anno
 otus inerat gladius. Ino
 nguti anno 132 v. incre
 32. Veniens cum deſub
 um prima cito deſit, pe
 altera. Cardan. l. 14. de no
 ſi pellucidum, maior ad de
 fians

ſtrum, Boream minor ſpectabat, augeteens. Anno 1314.
 ante bellum Ludovici Bavari, & Frederici Auſtriaci viſa
 parelia, Electorum diſſidia. & partium ſtudia ſignifica
 vere. Peucer, in Meteorol. Ante has turbas ipſi vidimus;
 ſubſecutus ferali crine Cometes. Imperii Neronis
 quia eadem initia, futurorum facilè cognosci poterat
 præſagium.

ARTICULUS II.

De Solis luce, & Eccliſſi.

Lucem Soli Thalmudici ſeptuplo majorem in crea
 tione indicam judicant, poſtea amiſſam. Intentiſſi
 mam nos videmus & omnibus ferè imperantem. Ra
 dius enim Solis illuſtrat, & vivificat omnia. Ejus vñ
 loca aſturalia depreſſiora fieri aſſerit Cardanus, an verè
 unusquiſque judicet. Quamvis autem Rhodi, aut Syra
 culſis nulla unquam dies eſt, quæ Solem non oſtendat
 aliqua ſui parte: Plin. l. 2. cap. 62. Certum tamen Sol
 is multoties intercepti lucem. Excæcatus Conſtantino per
 ſeptendecim non ſplenduit dies. Plinii tempore per
 duodecim quæſitus eſt. Tempore Leonis IV. adeo nun
 quam viſus, ut mari navigantes aberrarint. Maiol. Col
 log. 1. Sed hæc tantum obnubilatio. Ma us quid Ec
 cliſſis, quando radii ſolaris propter Lunam interpoſi
 tam à nobis avertuntur. Ignota hæc barbaris, hinc Ec
 cliſſeos Lunæ prædictione, favorem Indorum ſibi con
 ciliavit Columbus. Platonis tempore capitale erat aſſe
 rere, Lunam Solis aſpectum hominibus eripere: Alexan
 der Aphrodiſ probl 46. Plei que à dæmonibus affici
 putavere, ac propterea facibus ardentibus auxilio ibant.
 Archelaus adeo fuit ignarus, ut quo die Solis defectio
 fuit, regiam clauderet, & filium (quod in luſtu, ac re
 bus adverſis motis) tonderet Senec. l. 5. de benef. cap. 6.
 Fit verò Solis Eccliſſis in novilunio, ſeu conjunctione,
 non vera, ſed apparente, quando Sol, Luna, & Oculi
 noſtri ſunt in una eademque linea recta. Totalis ſi eſt,
 ratione partium in momento fit. Fuit, cum Scipio cum
 Hanni-

Hannibale ad Carthaginem pugnaret & vinceret. *Zonaras tom. 2.* Idem in Augusti morte accidisse *Nicephorus* testatur. Aliquando intra quadriennium aliquot vitæ Bella, famem & mortes Pontificum frequentiores atulisse existimat *Majulus*. Certum videtur bis utrumque sex mensium spatio affici posse, quinque alterutrum: Solis verò conspectum, etiam intra septem mensium periodum, bis uni adimi posse terræ. *Peucer. in Astrolog.* Placet quibusdam tum demum cum cessarunt, operari: Non disputo. Hoc certum nunquam apparuisse, quin aliquid denotaverint. Dum anno 3343. Eclipsis conspicitur; corruptissimus etiam regni Iudaici conspicitur status. Anno 3350. septuaginta annorum incipit Captivitas: 3360. Templum & Hierosolyma à *Nabuchodonosore* excinduntur. Sub an. 3619 Eclipsis, stellæ circa meridiem conspiciuntur, & bellum Peloponesiacum cum Atheniensibus incipit. An. 360 post Christum usque ad meridiem Sol deliquium passus est, 592 etiam. Quid subsequutum? Primatum Pontificis *Thocas* confirmat: 622 nefandus sua semina spargit *Mahumetes*. *Alsted. in thesauro Chronolog.* Anno 812 ante Caroli M. obitum, nigri coloris per septem dies apparuit macula, teste *Eginharto*. Obscuracionem Evangelii quibusdam innuere videtur. Anno 1415, septima lunii tam horrenda fuit Solis Eclipsis, ut aves in terram deciderent. Hoc tempore Iohannes Hus in concilio Constantiensi fuit combustus 6 Iulii: Supernaturalis illa fuit, quæ passionem vidit Dominicam. Plenilunio accidit, totalis & per trihorium duravit. *Dionysius* de illa. Aut *DEVS* natura patitur, aut mundi machina corrumpitur. Hic dein communicato cum Philosophis consilio, aram Ignoto DEO extruxit, & ad concionem Pauli conversus est. Relatam in acta publica Romæ testatur *Tertullianus in Apologetico*, sed ne spargeretur prohibitum, Aliàs usus Eclipsium est apud Chronologos insignis, præsertim illarum, quæ cum certis circumstantiis temporis, anni, diei, mensis, horæ, sæculorum, horariorum atque distantæ ab aliis Eclipsibus, simpliciter annotatæ, qualis est Eclipsis Arbeliana apud *Curtium*, Peloponesiaca apud

apud *Thucydidem*,
videtur in *Conflis*
& characteres
Catysii Chronolog.
& Eclipses annota-
motuum celestium
Hinc periodus Cal-
annis, quo spacio
plenilunia, & Ec-
momenta. Vide
Chronologum Pa-

E Quis Solem v-
Ioum ascend-
cem ejus motum
demus singulis di-
ad Sepeurionem
facere figuram, sol-
ne latum quidem
in Zodiaco apud
sexaginta quinqu-
scribit. *Tebitur*
esse tradit. *Henric*
deliquit, ex *Ptole-*
bulis, semper aber-
Natura. Vulgare et
obliquo cursu pro-
meridionalia ligit-
rionalibus. Ille ce-
ti & una horis, du-
tum octoginta sex
exigi. Quia verò
Mundi mirabilis e-
Solem quam tem-
milleongentis scri-

in pugnarē & vincere. Zan
sti morte accidit. Nuptiarum
quadriennium aliquo vit
Pontificum frequentiores
Certum viderit bis utrumq
posse, quinque alterum
iam intra septem mensib
osse terra. *Petrus in Afric
um cum celsarum, operat
nunquam apparuisse, qu
anno 334. Ecclipsis cas
m regi Iudaici conspici
ginta annorum incipit
& Hierosolyma à Nabu
n. 3619 Ecclipsi, stella c
bellum Peloponnesiacum
n. 360 post Christi nat
m passus est, 192 etiam
Pontificis *Phocas* con
ina spargit *Mahumetu*
anno 812. ante Caroli M.
dies apparuit macula,
em. Evangelii quibusdam
g, septima Ianii tam hor
aves in tertiam decederet
in concilio Constantien
naturalis illa fuit, quae p
nilunio accidit, rotandi
fusa de illa. Aut *D. P.
machina corruptis. H
philosophis consilio, aut
concionem Pauli conve
Romae tellat *Tertullian*
retur prohibuit, *Alcibi
nologos indignis, praesent
cumstantis temporis, an
ulorum, horariorum app
us, simpliciter annotata, qu
apud *Curium*, Peloponnesiac***

apud *Thucydidem*, Cambisiana apud *Ptolemaeum*. *Pav
vellus in Consilio Chronologico*. Sunt enim certi limites,
& characteres temporum in caelo fixi. Hinc laudata
Calvisio Chronologia Scaligerana, quod phaenomena,
& Ecclipses annotatae, ad annos suos mundi, ex tabulis
motuum caelestium edantur, & ad eosdem perveniant.
Hinc *periodus Calippica* septuaginta sex comprehensa
annis, quo spacio Syzygiae luminarium, novilunia, &
plenilunia, & Ecclipses ad eadem temporis recurrunt
momenta. Vide de his accurate differentem *Clariss.
Chronologum Pavellum*. Ego propero ad alia.

ARTICULUS III.

De motu Solis.

E Quis Solem vehi, Oceano mergi Occidentem, bene
lotum ascendere figunt *Machumetani*: nobis dupli
cem ejus motum quotidiana suggerit experientia. Vi
demus singulis diebus oriri, & occidere, singulis annis
ad Septentrionem & Austrum obliquato cursu ovalem
facere figuram, sub Eccliptica tamen ita directe linea, ut
ne latum quidem unguem ab ea. Complementu cursus
in Zodiaco apud plerosque variat. *Hipparchus* trecentos
sexaginta quinque dies, minus quarta diei parti illi ad
scribit. *Tebitius* novem minutias quartae diei parti de
esse tradit. *Henricus Mechliniensis*, eos qui luminarium
deliquia, ex *Ptolemaeo*, aut *Albategnii* observarent tab
ulis, semper aberraturos prodidit. *Bodin. l. 5. Theatri
Naturae*. Vulgare est 365 dies, horas sex tribuere. In isto
obliquo cursu propiorem terrae animadvertimus, dum
meridionalia signa peragrat, remotiorem in Sepren
trionalibus. Ille centum septuaginta octo diebus, vigin
ti & una horis, duodecim minutis absolvitur: hic cen
tum octoginta sex dies, horas octo, minutas duodecim
exigit. Quia vero distantia Centri Eccentrici à Centro
Mundi mutabilis est, hinc propiorem jam nobis esse
Solem quam tempore *Ptolemaei* milliaibus novies
mille nongentis scripsit *Melanthon*, & *Origanus*, vicies
sexies

sexies mille sexcentis & sexaginta Copernicus, & Stefflerus. *Alfed. in Theoria Planetar.* Non placet sententia Scalig. *Exerc. 99. sect. 2.* nec videtur verisimile Bodino l. 5. *Theatri* in tanta distantia varietate, tam immobilem Eclipsium manere posse disciplinam. Retrocessisse miraculose tempore Ezechia sacra produnt oracula, ex umbra in scioterico agnita: stetit, & triginta sex horarum constituisse diem, *Iosua* testatur historia. *Iustinus Martyr in Dialogo cum Tryphone.* Exilire quibusdam die Paschatis in ortu videtur, & resurrectioni sanctissimi applaudere Triumphatoris. Si ita est, per integrum diem subsiliat necesse est, quia per integrum oritur. Interposito igitur hoc quicquid est, adscribendum aëri, qui circa ortum vaporibus scetet, & si quando, in Vere maxime propter poros apertos, plus vaporum exhalat. *Camer. Cent. 2. Memorab. p. 39.* Olim credebatur circa sacrum promontorium *δὲ πικύων* & *δὲ οὐκίμηνος ἀπὸ τῆς σημεῖον* majorem cum strepitu ad oceani occidere littora; occasum noctem subito insequi. Veritate Posidonii observatio detexit, causam idem vapores dedere. His infracti visus radii velut in fistulam quandam diffunduntur. *Strabo l. 3.*

ARTICULUS IV.

De dierum, & noctium inaequalitate.

Accessu Solis in Horizontem dies nobis oritur; nox advenit, Sol ubi decesserit. Sed quia obliquo cursu agit, & terminis Tropici utriusque mediante & quatore cingitur, aequalitatem sub Aequinoctiali servat. variatio sequitur quocunque declinaverit: major tamen quo remotior ab Aequatore tetraurum distantia. In Arabia novi orbis Provincia, perpetua est dierum, & noctium aequalitas: Idem de Peru scripsere Geographi. *Ovetan. in summa.* In regione Africae, cui nomen Gambia, Iulio mense nox brevior non est horis 11, absque aurora Sol repente oritur. Trogloditis & Africanis horarum tredecim dies creditur longissimus. *Strabo l. 2.* Sub syderum positi cardine, aequinoctio verno exortum

C
tum Solem, autuma
Hinc semetrem dien
landi ad freum ven
lanarii unam conti
da experti sunt nocte
In Laponia trium ur
poris lucis, quam
clara dant crepuscul
parte extrema, ne n
dus; in alio Aquilo
nstrivale adfert solst
tur apud nos nox &
ingreditur, prote
cum Capricornum
diem continere di
gnatur. Nocte hunc
sum cutiosioribus.
cumagi dicuntur fo
arboribus ex radice
& fructum immatur
digitis pelluntur, se
ria, masculorum je
in mediis iis inclus
Cicero l. 2. de divi

A R
De qu

D
Ecurfus Solis p
veto duplicem
nus est, quo Sol à v
revertitur; estque d
que, horarum quin
ginta novem, secun
ma stella Arietis dig
centorum sexaginta
notorum primorum
Copeticus constitui

tum Solem, autumnali vident occidere. *Mela. l. 3. cap. 2.*
 Hinc semestrem diem nox semestris subsequitur. Hol-
 landi ad fretum Vaygats à quarta die Novembris ad 24
 Ianuarii unam continuam sub septuagesimo primo gra-
 du experti sunt noctem. *Bertius in descrip. fressi Vaygats.*
 In Laponia trium una nox mensium, nec plus tum tem-
 poris lucis, quàm quantam vel Lunæ splendores, vel
 clara dant crepuscula. *Zigler. in Laponia.* In Norvegiæ
 parte extrema, ne noctu quidem diurnum occultitur sy-
 dus; in alio Aquilonari cælo, magnæ claritatis noctes,
 æstivale adfert solstitium. *Saxo Grammaticus.* Æ quan-
 tur apud nos nox & dies, Arietem & Libram Sol dum
 ingreditur, protenduntur dum Cancrum, decrescunt
 cum Capricornum salutat. Iunius mensis longissimum
 diem continere dicitur; brevissimus 25. Decemb. adsi-
 gnatur. Nocte hunc antecedente mira accidere persua-
 sum curiosioribus. Olea & populus alba, & salicum cir-
 cumagi dicuntur folia. *Macrobi. l. 9. cap. 7.* Succus in
 arboribus ex radice sursum ascendit; pomus arbor flores
 & fructum immaturum producit; nervi in fidibus aliis
 digitis pelluntur, sonant alii: *Sueton. l. 1. ludicre histo-
 ria.* musculorum jecuscula augentur: semina malorum
 in mediis iis inclusa in contrariam partem vertuntur.
Cicero l. 2. de divinat.

ARTICULUS V.

De quatuor anni partibus.

D Ecurfus Solis per Zodiacum annum facit; Hunc
 verò duplicem posuere Mathematici. Spacium u-
 nus est, quo Sol à verno digressus Æquinoctio ad idem
 revertitur; estque dierum trecentorum sexaginta quin-
 que, horarum quinque, minorum primorum quadra-
 ginta novem, secundorum decem. Alter quo Sol à pri-
 ma stella Arietis digressus, ad eandem redit, estque tre-
 centorum sexaginta quinque dierum, horarum sex, mi-
 nutorum primorum novem, secundorum 23. Hunc
 Copernicus constituit, & magnas inde promeritus est
 gratias.

ANDA
 Copernicus, & digne
 Non placet sententia
 videtur verisimile bodin
 e varietate, tam immo
 e disciplina. Retroce
 hiaz facta producit cerat
 tum: stecille, & tripi
 in, lesia restatur hilio
 o cum Tryphone. Erit
 o videtur, & resurctio
 phatis Sira est, p
 est, quia per integru
 quicquid est, adscrib
 oribus scates, & si quo
 atos apertos, plus vop
 Memorab. p. 39. Cui
 ontorum dicitur
 majorem cum strep
 calum noctem subo
 servatio dicitur, cap
 acti visus radii velo
 tur. Strabo l. 3.

us IV.
 in inaequalitate.

dies nobis oritur, nu
 Sed quia obliquo cur
 que mediante Æquano
 Æquinoctiali servat, va
 elinaverit: major tam
 etrarum distantia. In ho
 Peru scripsere Gregorio
 e Africa, cui nomen Can
 non est horis 11, ab
 rogluchis & Africanis
 ur longissimas. Strabo l.
 , æquinoctio verno est

gratias. Prioris quatuor dantur partes, Ver, Æstas, Autumnus, Bruma. Ver & Autumnus æquinoctia faciunt; hic quidem brumale, illud æstivale; admittitur utrumque dum Sol per æquinoctialem digreditur Circulum. Certissimum Veris indicium arbitrantur, ob infirmitatem animalis, papilionis proventum. *Plinius in Historia Naturali.* Æstatem dat Cancer, in quo Sol suis radiis nostros ferit vertices. Caniculæ exortu accendi, dixit *Plinius l. 2. cap. 40.* Naturalius tamen diceret, tum cum Sol iter suum repetit, auras ventosque excitari calentes; inde ardorem nostris offundi corporibus. Certe ingens interdum iste, Historicis si danda fides. *Lego in Liv. l. 4. Hist. an. Urbis trecentesimo vigesimo secundo, non caelestes modo defuisse aquas, sed terram quoque ingenito humore egentem, vix ad perennes suffecisse amnes. Defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivusque stragem fiti pecorum dedisse.* Anno millesimo centesimo quinquagesimo tertio, sylvæ præ nimio accendebantur ardore, gleba pinguis arsit: nec ulla extingui potuit pluvia. *Meigerius.* Germanici Annales produunt, anno millesimo CCXXVII. tantum fuisse æstum, ut messis terminata fuerit (verbis eorum utor) ante festum S. Iohannis Baptistæ. *Lipsocitante in Epistola.* Anno millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, Bohemica sylvæ octodecim septimanis arsit; Danubius ita exaruit ut multis in locis tranari potuerit; quod verò mirū est, nullum inde segetibus damnum: At an. nongentesimo nonagesimo quarto, in fine mensis Iulii, lacus & undæ tam restrictæ erant glacie, ut pisces omnes fuerint emortui, & magna aquæ penuria. Calidiorẽm æstatem denotari *Cardanus* putat (*de varietate rerum, l. 15. cap. 88.*) si oves antiquæ in Venerem promptius in vere moventur. Autumnum tam jucundum anno millesimo quingentesimo octuagesimo quarto fuisse, scribitur, ut rosæ cum stirpibus floruerint. Bruma nobis obvenit, cum Sol Capricornum ingreditur. Horrent tum omnia nive teguntur, constringuntur glacie. Præfagit intensissimam in Borealibus Sol, dum se in nube rubente condit, ut ignis columna, & velut igneos cuspides suos ejaculatur

C
culatur radios; illa d
dantur. l. c. Vel cum re
tes videntur, aut gutt
Et certè ingens in te
n. 34. hyemem asper
mari inliciores Ven
glaciẽm transirent. S
nimo, in mari Ponti
dotus. Anno 32. Ca
tissimum, quo pelu
tia in Oriente, in gl
superficie in profun
erat hyems tam val
merabiles propter g
est, excurrentes (Rob
latuerint, atq; ibi
Vix tandem arbores
tamen placiõres
lus floruit Pertica
rio, Corvi, & alia
rum has anni parte
versus facit positus.
re, quæ sub polo, n
Æquinoctiali qui
gratissimam, Ver
voler, legat Maior

AR

I

D
E Umbra Solis
& Diversitas. I
tici describere accu
dit, Solis magnitud
temporis condicione
parallelos definire, re
globum universi in m
gubi terrestis consti

culatur radios; illa descendente in altum vertitur. *Car-*
danus l. c. Vel cum res, quæ madidæ esse solent, sicco-
 res videtur, aut guttæ ex tectis manantes lentius cadunt.
 Et certè ingens interdum visa. *Annales* produunt, Anno
 1234 hyemem asperitiam fuisse, adeo ut in Adriatico
 mari institores Venetiani, cum oneratis summariis, per
 glaciem transirent. Simile *Zonaras* sub *Constantino Copro-*
nymo, in mari Pontico & freto vicino refert. *Marianus*
Scotus. Anno 32 *Caroli M.* fuit gelu magnum, & ama-
 rissimum, quo pelagus Ponti usque ad centum millia-
 ria in Oriente, in glaciem versum est, habens cubitos 2
 superficie in profundum quinquaginta. Anno MCXXV
 erat hyems tam valida, ut in *Brabantia* anguilla innu-
 merabiles propter glaciem è paludibus, quod mirum dictum
 est, exeuntes (*Robertus de monte*) in sænilibus fugientes
 latuerint, atq; ibi præ nimietate frigoris computruerint.
Vix tandem arbores fronderunt mense Majo. Aliquando
 tamen placidiores etiam. Anno 1225 in Decembri ma-
 lus floruit Persica: Anno 1186 in Decembri, & Ianua-
 rio, Corvi, & aliæ volucres pullos excludebant. Cæterum
 has anni partes diversas tempore & duratione di-
 versus facit positus. Perpetuo damnata videntur frige-
 re, quæ sub polo; magis, quæ ad Æquinoctialem calent:
 Æquinoctiali qui subiecti; duplicem hyemem habent
 gratissimam, Verèque gaudent duplici. Plura de his qui
 volent, legat *Maiolum Colloq. de proprietatibus locorum*.

ARTICULUS VI.

De Umbra Solis.

DE Umbra Solis duo præcipuè occurrunt, Operatio,
 & Diversitas. Dictu vix possibile, quanta illa: Op-
 tici describere accuratius. Rationem Eclipsium osten-
 dit, Solis magnitudinem, Eccentrorum varietatem,
 temporis conditionem demonstravit, docuit climata &
 parallelos definire, terram rotundam statuere, terrenum
 globum univèrsi in medio situm dicere, magnitudinem
 globi terrestris constituere, &c. Diversitatem exempla

B

osten-

ostendunt. Septentrionalibus inter Tropicum Cancri, & Arcticum, habitantibus meridiana umbra versus Septentrionem sparguntur: versus Meridiem meridionalibus. Finmarchi, Groenlandi, & qui ultra 66 graduum elevationem ponuntur, in orbem undique volubiles conspiciunt. *Gauricus in Geograph.* In Syene oppido, quod est supra Alexandriam, quinque millibus stadiorum, solstitii die medio nullam umbram jaci, puteumque ejus experimenti gratia factum, totum illuminari scribit *Plinius l. 2. cap. 73.* & in India super flumen Hyspasin fieri tempore eodem, *Onesicritus* reliquit. In Meroë Insula, quæ est caput gentis Æthiopum, bis in anno absumuntur umbræ, æstate in Austrum, hyeme in Septentrionem jaciuntur. In eadem Patalis celeberrimo portu, Sol dexter oritur, umbræ in Meridiem cadunt. Constat denique in Berenice urbe Troglodytarum, & inde stadiis quatuor millibus octingentis viginti in eadem gente, Ptolomaide oppido, quod in margine rubri maris ad primos Elephantorum venatus conditum est, hoc idem ante solstitium quadragenis quinis diebus, totidemque postea fieri, & per eos nonaginta dies umbram in meridiem jaci. *Plinius loc. cit.*

ARTICULUS VII.

De Solis in hac inferiora influxu.

Quantum oculus hic mundi in inferioribus luce sua & cursu operetur obliquo, animadvertere facile est. Nihil in anni partibus, dierum, noctium, & umbrarum varietate, quod non huic adscripseris. Hoc oriente illuminantur omnia; tenebris, occidente, immerguntur; florent cum accessit; obliquo dum aspicit vultu, enervantur. Hæc generalia: Particularia etiam, si respicimus, vix minora. Certum enim tempestatum, & serenitatum appulsum huic etiam deberi. Circa medium Sagittarii regionem, & Piscium *ἀσνεῖ* *Κυρ* stellarum in his consistentium, & orientium ope, teporem sub-

jeētis

jetis affat, fuffiq
vra illis dilata, fr
Pisidum Hyac
Hæborum, à Me
decumbentis Arcti
flatus exultant,
condita rigant sen
runt herbæ & hū
gnitudo, opus ef
avocatas suo, pro
tum ipsarum ex e
motum pertinet
air navigationes
71. cursorem P
centa stadia, no
que quamvis de
menum esse sapp
erat; eundem re
occurfa.

C

D E

De L

L Vnam Stoici
lam altera part
vit *Cleomades*. M
le gravidam factan
nixam demittere,
repurantes. *Plutan*
bitatione de sexu v
tradrum, ut qui Lu
viller nuncupandam
servire: at verò qui
vivi dominaretur.

inter Tropicum Cancr.
 hanc umbræ vertus
 Meridien meridiano
 & qui ultra 66 gradum
 ebem undique volub
 graph. In Syene oppid
 quinque millibus ita
 m umbram jaci, poren
 factum, totum illumina
 & in India super flum
 n, *Ousfortius* reliquit
 gentis *Aethiopia*, bit
 tate in Austrum, hyme
 eadem Patalis celest
 umbræ in Meridien
 erentis urbe *Troglody
 millibus octingentis vi
 oppido, quod in m
 Elephantorum ven
 e solstitium quadrag
 ostea fieri, & per e
 meridiem jaci. *Plin**

feriora influxu.

ndi in inferioribus
 o, animadvertere fact
 dierum, noctium, & a
 on huius adscriptis. His
 tenebris, occidente
 st; obliquo dum aspic
 eralia: Particularia
 Certum enim temperat
 hic etiam debent. Circa
 stitium *isve* *isve*
 & orientium ope, repou

jectis adflat, fufisque qui constiterant humoribus, ac terra illis diluta, fecundos favoniorum producit flatus, Plejadum Hyadumque in Tauro, & à Septentrione Hædorum, à Meridie vicini Orionis, atque ex adverso decumbentis Arcturi, extimulat vires, quæ Austrinos flatus exuscitant, & aliquot dierum continuis pluviis condita rigant semina. *Peucerus in Astrol.* Cum creverunt herba & humore iterum, ut iusta obveniat magnitudo, opus est, eundem per Cancræ stellas accessu avocatas suo, promit, ac suppeditat. *Plinius* tempestatum ipsarum ex eo sumit præfagia, l. 18. cap. 35. Ad motum pertinet quod *Scaliger* secundo Sole celeriores ait navigationes: *Exerc.* 86. & *Plinius* l. 2. *Histor. cap.* 71. cursorem Philonidem ex Sicyone Elin mille & ducenta stadia, novem diei tradit confecisse horis: indeque quamvis declivi itinere, tertia noctis hora remensum esse sæpius. Causa, quod eunti cum Sole iter erat; eundem remeans obvium contratio prævertebat occursum.

CAPUT VI. DE LUNA.

ARTICULUS I.

De Luna typis, & lumine.

LVnam Stoici πῦρ ἡλερόν & τελεχῶδες dixere, pilam altera parte candentem: altera cæruleam putavit *Cleomedes*. Matrem mundi Ægyptii vocabant, à Sole gravidam factam, fecunda generationis principia enixam demittere, & utriusque sexus naturam continere putantes. *Plutarch. de Iside & Osiride*. Hinc cum dubitatione de sexu veneratio, & memoriæ de Carenis traditum, ut qui Lunam sæmineo nomine ac sexu putavisset nuncupandam, is addictus mulieribus semper inferviret: at verò qui marem Deum esse putavisset, is uxori dominaretur. *Spartianus in Caracalla*. Cæleste